

B. C. D.

מדה כנגד מדה

S E U

DISQUISITIO THEOLOGICA,  
DE

LEGE TALIONIS  
DIVINÆ IN PUNIENDIS  
VASTATORIBUS  
PERFIDIS.

*Ex Jes. XXXIII. 1.*

QUAM,

Ἐὰν ὁ κύριος θελίῃ καὶ ζήσωμι,

PRÆSIDE

SAMUELE ANDREÆ,

S. Th. D. & Prof. ac Pædagogearchâ,

publicæ & placidæ ventilationi

*d. XXII. Aprilis in Auditorio Theologico*

horis consuetis submittit

JOH. BALTHASAR Ingebrandt/  
Cassellanus Hassus.

Coll. diss. A  
142, 8

MARBURGI, Typis JOH. HENR. STOCKII, An. 1693.

~~Stockii~~

St. A. 142 (8)

*Illustrissimo Comiti & Domino*

DOMINO

JOH. THEODORICO,  
S. R. IMPERII COMITI

de CUNOWITZ,

LIBERO BARONI IN OSTR

HLUCK & LAUCKA, DYNASTÆ

IN HUNGARISCHBROD,

SANCTIORIS CONSILII, SACRI

SYNEDRII & PRINCIPALIS REGIMINIS

HASSO - CASSELLANI,

QUOD CASSELLIS EST,

PRÆSIDI EMINENTISSIMO,

*Domino ac Mæcenati suo benignissimo,*

PROSPERA. OMNIA.

ANIMI. ATQUE. CORPORIS. ROBUR.

NESTOREAM. ÆTATEM.

FAMILIÆ. ILLUSTRISSIMÆ. INCREMENTUM.

CUM. OMNIGENA. FELICITATE. VOVENS.

SE. ET. SUA. OMNIA. COMMENDANS.

GRATIAM. ET. CLEMENTIAM. QUAM. HACTENUS.

EXPERTUS. EST. PORRO. HUMILLIME. EXPETENS.

*Hanc disquisitionem offert & inscribit*

*Servus subjecto studio devotus*



J. B. Ingebrandt.



B. C. D.

DISQUISITIO THEOLOGICA

DE

LEGE TALIONIS  
DIVINÆ IN PUNIENDIS  
VASTATORIBUS PERFIDIS.

Ex *Jes. XXXIII. 1.*



Erissimè Regum sapientissimus ad Salomonis  
longanimitatem DEI in tolerandis sententia  
impiorum malefactis attendens & Eccl. VIII. 11.  
Nemefin divinam lento pede ad vin- de  
dictam procedentem perpendens ac sententia  
eam cum hominum perversis mori- in improbos  
bus comparans inquit : אשר אין dilata.  
נעשה פתגם מעשה הרעה מהרה  
על כן מלך לב בני האדם  
: *Quod nõ efficitur*  
*sententia operis malitia ocyus; ideo im-*  
*pletur cor filiorum hominis in ipsis ad*  
*faciendum malũ*, uti Coccejus reddit

*Eccl. VIII. 11.* Sermonẽ ei esse de sententia quæ profertur aut fit de opere aliquo malo à iudice, & quidem tum quando statim factâ solenni pronun- ciatione executioni est mandanda, ex incommodo patet quod sequi hu- jus sententiæ dilationem observat. Hinc *Castalio* quoad rem non malè transtulit: *Quia non celeriter editur in maleficos exemplum*, propterea hominum generi planè est animus malè facere. Nam פתגם hujusmodi sententia est *Esther. 1. 20.*

De judiciis humanis intelligi potest, ut Pagninus, sed potius de divinis intelligenda,

Cocceji sententia de iudicio theoretico.

Tremellii & Junii sententia de compensatione mali expenditur.

Poli de vitio typographico conjectura rejicitur.

Difficultas constructionis.

II. Potest autem id quidem de sententia iudicum ( uti versio *Santis Pagnini* habet ) accipi & ad humana iudicia ac iustitiam in vindicandis sceleribus protractam referri, quoniam certum est impunitate fovendi delicta & augeri, dum homines nefarii, ubi vident gladium iustitiæ vaginâ reconditū, magis ruunt in nefas. Sed tamen de judiciis divinis potissimum & quidem respectu potentum hîc agi, mihi magis verisimile videtur. Sic Hebræi accipiunt in *Medrasch Kobleth & Raschi*. Sic *Grotius*, qui dictis quoque scriptorum profanorum *Theodectis, Salustii & Euripidis* idem illustrat & P. XXXVII. ac LXXIII. id latius explicari benè observat. Sic *Osiander, Piscator, Mercerus, Cartvurighius, Gejerus*, & quotquot ferè de hoc loco agunt commentatores. Neq; celeberrimus Interpres *Coccejus* aliud voluit ob exemplum quod ex Jer. 44. v. 17. huc refert, ut id latius etiam ad iudicium theoreticum in factis ambiguis quæ qualia sint exitus demum detegit extendere videatur, dum notat: *Dilatio iudicii & indicationis naturæ rei etiam sapientis tentatio est. Ob hanc fieri saepe potest, ut, quod oculus tempestivum iudicat, valde in exitu & re ipsa appareat absurdū.*

III. *Tremellius & Junius* hîc etiam quandam *mali compensationem* indicari putarunt, quando vertunt: *Quia nullum efficitur decretum, compensatio istius mali citò: idcirco fervet animus hominum in ipsis ut faciant malum.* Et notant: *Gravissima sententia, quâ exponitur causa tum hominum improborum audacia hoc versu, tum bonorum liberationis & mali quod improbi tandem perpeffuri sunt duobus seqq. q. d. eo aluntur improbi in maleficiis quòd vindictam tardam esse vident ac propterea sibi impunitatem pollicentur.* Ac in Hebr. פשעו factum pro compensatione facti per metonymiam poni. Hinc fortè *Poli* putat vocem facti post mali vitio typographi excidisse. Id autem si factum foret in editione primâ, proculdubio in sequentibus, & imprimis illa quæ Hanoviæ anno 1596. tertiâ curâ *Francisci Junii* in folio prodiit, emendatum fuisset. Quod cum non sit factum & in omnibus exemplaribus illud facti absit, non est, ut hîc vitium typographicum supponamus. Inquirendum potius unde ista *compensatio* eis in mentem venerit,

IV. Est aliqua in constructione difficultas si ad puncta & accentus attendas, quæ ferè hîc ab aliis interpretibus neglecta & istis observata, eos induxit, ut 1. Post פשעו commate contextum interpungerent. 2. Ne reliqua pars orationis hiulca esset, sequens פשעו per appositionem cum פשעו construerent. Et quoniam id haud commodè fieri poterat si opus aut factum reddidissent 3. metonymiam in voce פשעו suppone-

rent

rent & sic compensationem transferrent. Putat R. Salomo Benmelech Benmelech constructio absurda vocis נעשה  
*in Michlal Jophi* enallagen hinc supponendam si נעשה cum פתגם con-  
 struatur, eo quod illud sit fœmininum participii niphali, hoc verò masculi-  
 num. Et cum illud נעשה æquè masculinū præteriti niphali esse que-  
 at, opponit non potuisse tum dici פתגם נעשה אִין אִשֶׁר sed אִשֶׁר  
 מִלֵּת אִין לֹא תִפּוּל עַל לֹא נִעְשָׂה פִתְגָם  
 הַעֲוֹבֵרִים dictio אִין cum verbis transitivis aut præteritis nō constru-  
 tur, uti regula ab ipso conficta habet. Quæ hypothesis eò absurditatis eum  
 deduxit ut נעשה cum sequenti הרעה quippe fœminino, diceret esse  
 construendum. Quod vel solum sufficit ad commentum ejus explo- Exploditur.  
 dendum. Verum constructio etiam planè similis occurrit *Exod. V. 11.*  
 כִּי אִין נָגַרְע מִעֲבָרְתְּכֶם דְּבַר  
 vestra quicquam. Imò ipsi Judæi in versione sua Hebræo-Germanicâ  
 istam constructionem נעשה הרעה non agnoscunt. Vertunt  
 enim: Um daß nit stracks das Gericht über die bösen Wercken geschicht/  
 darum ist das Herx der Kinder des Menschen in ihm voll um böß  
 zu thun.

V. Nempe ellipsin particulae על super post פתגם supponunt, uti alii Hypothesis de ellipsi.  
 etiam interpretes, *Vulgata, Pagninus, Lutherus, Piscator, Belgæ* cæteri-  
 quorum nonnulli eam per contra reddunt. Hanc quoq; non esse inusitatâ  
 exemplis probat *Noldius concord. particul. p. 711.* Et esset sic res expedita  
 nec opus ut ad compensationem fieret recursus nisi accētus obstaret, nem- Non admittitur ob accentum.  
 pe sakeph katon in פתגם interpunctionem postulans. Quâ admisâ,  
 sensus nihilominus integer manet nec ista compensatione est opus, quam Nec compensatio.  
*Trem. & Junius*, quoad sensum quidem rectè, quia in omni sententia in  
 delinquentes lata est quædam respectu meriti compensatio, nullâ tamen Nexus alius ostenditur.  
 necessitate hinc textui inseruerunt. Potest enim non obstante istâ inter-  
 punctione & quod פתגם kametz habeat, constructio regiminis mane-  
 re, cum forma absoluta quandoque in regimine retineatur. Exempla  
 vide in *Gramm. Altingi* §. 74. Aut si interpunctio obstare videatur &  
 aliquâ metri ratione sensus in פתגם terminari, sequentia non minus po-  
 terunt cohætere, si quod in priori in genere dictum, quia non fit judici-  
 um, in posteriore in specie dicatur, *judicium inquam operis istius mali*  
*citò*, atque argumentum ab abusu longanimitatis divinæ desumptum ad-  
 stringatur respectu 1. operis istius mali, nempe regiminis tyrannici de  
 quo v. 9. erat locutus. 2. iudicii dilati, dum si vel fiat, tamen non fit citò.  
 Unde cor filiorum hominis, in istorū imprimis tyrannorum numero qui Et quod de sententia in tyrannos lata agatur.

successu rerum gaudent optato, impletur in ipsis ad faciendum malum, dum potestate per potentiam abutuntur & futurorum securi sententiam decretoriam, si vel audiant, dum tamen executioni non mandatur, spernunt, nec extimescunt, aut ad se putant pertinere.

Hujus æternitas, & promulgatio in tempore.

VI. Illa tamen uti ab æterno jam de hoc etiam opere malo lata *Act. XV.18.* & sancitum de eo in decreto vigilum & sermone sanctorum *Dan. IV.17.* ita & in tempore denunciatur frequentius prophetarum oraculis sive ut ad illorum tyrannorum perveniat aures eosq; conturbet, sive ut alii solùm intelligant, esse judicium, esse judicē, qui pœnas differendo non aufferat sed proferendo adaugeat potius exemplum suo tempore daturus, ubi compleverint mensuram, Huc pertinent omnes quæ in S. Literis occurrunt prophetarum minæ & denunciationes ipsis quandoq; Regibus in terrorē, & in solatium simul afflictorum factæ, ne animum desponderent sed *μετ' ἀποκαταστάσεως* liberationem anhelarent & expectarent. Quas inter eminent quoque illa, quæ hodiernis temporibus quadrans considerationem eo magis meretur quo plus nobis quoque ad doctrinam ante scripta videtur ut per tolerantiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Verba autem ejus magnâ cum emphasi prolata & quæ considerationem attentam postulant se oculis & animis ingerunt.

Facta per prophetas,

Et quoque in loco

Jes. XXXIII. 1. Qui proponitur.

*Jesaja XXXIII. 1.*

Ex textu originali,

דְּוִי שׁוֹדֵד וְאַתָּה לֹא שׁוֹדֵד וּבֹגֵד וְלֹא בִגְדוּ בְךָ כְּהַתִּימָר שׁוֹדֵד תּוֹשֵׁד כְּנִלְתֵךְ לְבִגְדוּ יִבְגְּדוּ בְךָ :

Quæ sic paraphrastes Chaldæus *Jonathan* reddit:

& Targum Jonathanis,

וְיִדְאַתִּי לְמַכּוֹ וְיִתֵךְ לֹא יִבְזֹק וְדִאֲתִי לְמִינֵס וְיִתֵךְ לֹא יִנְסֹק כִּד תִּיתִי לְמַכּוֹ יִבְזֹנֵךְ וְכִד תִּלְאִי לְמִינֵס יִנְסֹנֵךְ :

Hoc est

*Va qui venis ad prædandum, nonne & te deprædabuntur? & qui venis ad diripiendum, nonne & te diripient? cum venis ad deprædandum, vastaberis, & cum fatigatus desieris diripere, diripient te.*

& Versione Hebræo-Germ.

Et Judæi in Versione Hebræo-Germanica. Weh du Verwüster und du bist nit worden verwüst / und thust felschen das man an dir nit gefelscht hot. Als du das verwüsten wirst zugänge haben / wirst du verwüst werden. Als du das felschen wirst beschloffen haben / wird man legen dir felschen.

Sed

Sed planè aliter *Græci* quos *versio Arabica* sequitur.

Οὐαὶ τοῖς ταλαιπώροις ὑμᾶς, ὑμᾶς δὲ ἄδεις ποιεῖ ταλαιπώρος, καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς ἐκ ἀθετεῖ. ἀλώσονται οἱ ἀθετῶντες καὶ παραδοθήσονται καὶ ὡς σὴς ἐφ' ἱματίου, ἕτως ἠτληθήσονται.

&  
Græca  
ac  
Arabica,

*Væ illis qui vos miseros faciunt: vos autem nemo facit miseros: & qui reprobat vos, non reprobat. Capiuntur reprobantes & traduntur: & quasi tinea in vestimento, sic detrimento afficientur.* ( *B. P. cum Hieronymo, superabuntur reddunt* )

Paulo aliter *Syriaca* ex versione in *Bibliis Polyglotis*.

*Væ diripienti: vos ne diripiatis, & deceptor nequaquam decipiet vos, cum volueritis diripere, diripiemini: & cum volueritis decipere decipiemini.*

&  
Syriacâ,

Propiùs ad textum *Hebræum* accedit *Vulgata*.

*Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum consummaveris depredationem, depredaberis: cum fatigatus defieris contemnere, contemneris.*

&  
Vulgata  
Latinâ,

Et *Pagninus* magis adhuc insistens vestigiis textus originalis:

*Væ qui prædaris & tu non es prædationem passus: & qui prævaricaris, & non sunt prævaricati in te: quum consummaveris esse prædator, prædationem patieris, quum consummaveris prævaricari, alii prævaricabuntur in te.*

&  
Pagnini,

At *Forerius* *Vulgatam* malè corrigens in nonnullis:

*Heus vastator, & tu non (es) vastatus; & depopulator, & non depopulati sunt te: ubi consummaveris vastationem, vastaberis: ubi defieris incurrere, incurrent in te.*

&  
Forerii,

Melius *Castalio*, qui sic reddit:

*O tu qui vastas, neque vastaris ipse: qui prodis, nec ipse proderis: quum absolveris vastationem, vastaberis: quum proditioni tuæ finem feceris, proderis ipse.*

&  
Castalionis,

Et *Calvinus* *emphasin* verborum aliter exprimens:

*Væ qui spolias, nec fuisti spoliatus: qui iniquè agis, nec iniquè actum in te fuit. Vbi defieris spoliare, spoliaberis: ubi finem iniquè agendi feceris, iniquè in te agetur.*

&  
Calvini,

Cum quo convenit *Gallica versio*.

Mal - heur sur toi qui fourrages, & n' as point esté fourragé, & sur toi qui te portes desloyaument & n' as point esté desloyaument traité: si tost que tu auras achevé d' estre fourrageur, tu leras fourragé; & si tost que

&  
Gallicâ,

*tu auras achevé de te porter desloyaument, on te traittera desloyaument.*

&  
Zuinglii,

*Aliter Zuinglius in complanatione Iesaiæ transtulit:  
Væ ergò vastanti: num enim ipse non vastaberis? Et tibi insidianti: num enim insidias evades? Quemadmodum dederis damnum, sic recipies: & sicut fecisti insidias, sic insidiis peribis.*

&  
Lutheri,

*Propius autem ad Vulgatam accedens Lutherus sic reddit:  
Weh aber dir du Verstörer / meynestu du werdest nicht verstöret werden? Und du Verächter / meynestu man werde dich nit verachten? Wann du das verstören vollendet hast / so wirstu auch verstöret werden: Wann du des verachtens ein End gemacht hast / so wird man dich wieder verachten.*

&  
Piscatoris,

*Sed propius ad textum originale Piscator sic vertens.  
Weh dir / du Verstörer / der du doch nicht verstöret bist worden: Und du Treuloser / an dem man nicht treulos ist worden. Wann du wirst auffgehöret haben / ein Verstörer zu seyn / so wirstu auch verstöret werden: Wann du wirst abgelassen haben treulos zu handeln / so wird man auch an dir treulos handeln.*

&  
Belgicâ,

*Cum quo in plerisque convenit Belgica versio:  
Wee u ghy vervvoester dic ghy niet vervvoest en zyt, ende ghy die trouvlooslick handelt, daermen niet trouvlooslick teghen u gehandelt en heeft: als ghy het vervvoesten sult volbracht hebben, sult ghy vervvoest worden: als ghy het trouvlooslick handelen sult voleyndt hebben, salmen trouvlooslick tegen u handelen.*

&  
Anglicâ,

*Sic & in eundem sensum Anglica.  
Wo to thee that spoilest, and thou vvast not spoiled, and dealest treacherously, and they dealt not treacherously vwith thee: vwhen thou shalt cease to spoil, thou shalt be spoiled; and vwhen thou shalt make an end to deal treacherously, they shall deal treacherously vwith thee.*

&  
Tremellii  
ac Junii,

*Nec multum ab it Tremellii ac Junii versio:  
Væ tibi vastator, qui ipse non vastaris, & tibi perfide, contra quem non agitur perfidè: quum desieris esse vastator, vastaberis, quum absolveris perfidè agere, perfidè agetur contra te.*

&  
Cocceji,

*Denique paulo aliter Coccejus.  
Væ vastator, cum tu non vastaris, & fallens cum non fallant te: cum consummaveris vastans (h. e. vastare) vastaberis, cum perfeceris fallere, fallent te.*



VII. Addamus non ineptam *Tosarii* paraphrasin quâ emphasin verborum  $\text{וַיִּשְׁרַח}$  &  $\text{וַיִּבְרַח}$  exprimere conatus est. *Vae* (inquit) tibi, qui horrendum a deo terram devastas: ac miseram plebem, qua nullâ unquam injuriâ te lacesivit tam ad nudum despolias atque deperdis: nihilo pluris eos faciens, quàm si aut bestiae essent, aut viles catuli. Certè ubi aliquando tua grassationis ac immanitatis finis advenerit, id quod citius quàm credis futurum est: tum pari modo sperneris etiam ab iis unde minimè oportebat. Quæ ostendit, esse locû qui hoc tempore, ubi eadem rerum facies recurrit, eadem in futurum spes in propinquo esse videtur, omni consideratione sit dignus: quam iuc instituam, eadem quâ in aliis similibus locis usus sum methodo ut post *nexum & scopum* expensum, *verborum analysis & exegetis* sequatur, & hanc denique quædam *ad praxin applicatio* excipiat. Deus ille luminum Pater, qui & hæc ad doctrinam nostram ante scribi voluit, ut per tolerantiam & consolationem scripturarum spem habeamus, retegat in his quoque oculos ut vim gravissimæ denunciationis intelligamus, altè in animum admittamus & complementum ejus mox cum exultatione & gaudio cernamus.

Illustratur  
paraphra-  
Tosarii

Et tractatio  
loci conside-  
ratione digni  
ad tria capita  
refertur.

## SECTIO I.

### *Nexum & scopum verborum in genere ostendit.*

**N**on repetam hîc ea quæ de nexu hujus capituli XXXIII. Jesaiæ, ad-  
eoque & pericopæ de quâ agimus, tam antecedentium quàm con-  
sequentium respectu, ex mente *Abarbanelis* & *Celeberrimorum Inter-*  
*pretum, Piscatoris, Cocceji, Heideggeri, Burmanni*, retuli in *disquisitione*  
*de clamore eorum qui foris & fletu nunciorum pacis ad locum Jes.*  
*XXXIII. 7. 8. 9.* sed solum breviter indicabo, secundum *Abarbanellem*,  
verum hunc esse *caput secundum prophetia vigesima tertia*, quæ à vers. 9.  
cap. XXXII. usque ad finem c. XXXV. se extendit. Secundum *Piscato-*  
*rem* esse *propositionem in prophetia de cladibus eventuris Sanheribo qui*  
*grassabatur in Judæa*, quæ vers. 1-14. hujus capituli exhibetur. Secundum  
*Coccejum*, caput hoc XXXIII. in novem partes dividi, quarum 1. sit in-  
*crepatio vastatoris, hoc versu 1.* Tum 2. *oratio afflictorum, vers. 2. 3.* Et  
sic 3. *Sermo Dei ad afflictos de spoliatione ipsorum vers. 4. & c.* Secun-  
dum *Heideggerum* verò in *Enchiridio Biblico* cum pars tertia generalis  
totius prophetæ sit *prophetia de excidio urbis Hierosolymæ unâ cum ad-*  
B mixta

Nexus verbo-  
rum præcipuè  
cum sequen-  
tibus,

Secundum

*Abarbanelè,*

&

*Piscatorem,*

&

*Coccejum,*

&

*Heideggerum,*

*mixta historia Ezechie, sub quo prophetia edita est à cap. XXIX. ad cap. XL. exclusivè se extendens: & hæc rursus in quinque partes subdividatur, quarum tertia, iudicium DEI adversus hostes persecutores Ecclesie cap. 33. 34. exhibet: hoc versu & tribus sequentibus proponi desolationem vastatoris, fidelium precibus exoratum.* At secundum Burmannum in *Enchiridio prophetico seu disp. analyt. de prophetis V. T. 26. §. 477. Exercit. Academ. Part. 1. p. 327.* sermonem Jesaiæ XXII. capite XXXII. & XXXIII. contineri. Tum cap. XXXIII. duo complecti 1. *Angustias Ecclesie sub Assyrio hostibusque vers. 1-16. 2. Consolationem illius ex promissione bonorum & pacis sub Rege suo, precipue Messia. vers. 16-24.* In priori autem parte rursus memorari Ecclesie angustiam. I. *In vastatione Assyrii cum clade illius, vi gemitus Ecclesie vers. 1-6.* Et in hoc primo membro rursus esse 1. *Increpationem vastatoris vers. 1. Tum. 2. implorationem gratie dei, cum argumento expectationis vers. 2. &c.* Me verò jam tum existimasse, agi cap. XXXIII. versibus 12. prioribus de iudicio Dei in Sanheribum sic ut I. *Denunciatio iudicii* verbis prophetæ præcedat per exprobrationem cuius fundamentum in pœna talionis sit vers. 1. II. *Oratio Ecclesie afflictæ sequatur vers. 2-9.* III. *Promissio iudicii, verbis ipsius Dei loquentis hanc excipiat. vers. 10. n. 12.* Ex quibus omnibus nexus horum verborum cum sequentibus imprimis sic satis patere videtur.

& Burmannum,

& autorem brevi recensione ostenditur.

Nexus cum antecedentibus, Ex mente Zvinglii,

& Calvinii.

II. Verum de nexu cum antecedentibus major quæstio restat, quando non desunt qui versum hunc putant magis cum antecedentibus cohærere, & pro conclusione capitis XXXII. habendum. Id Zvinglio ita perluasum fuit, ut in divisionem capitum hinc receptam invehetur in *apolog. complanat.* scribens: *Hæc velut epilogus sunt omnium superiorum. Quid enim dices & violenti homines aliud quam innocentioribus insidiando, exhauriendo, perdendo, divinam in se ultionem provocant? Ineptè igitur hic quoque divisor distinxit capitum numerum.* Eundem cum præcedentibus nexum, aliter tamen, quæsit Calvinus per occupationem, ad hunc versum notans: *Si de Chaldeis interpretari libeat (inquit) satis commodè fluet sermo. Nam quum liberationem promiserit captivis, nunc tempestivè insultat victoribus: sicuti singulari confirmatione opus erat, ut fides incredibili oraculo haberetur. Neque enim verisimile esse poterat, diruta & eversa tantâ potentiâ brevi miseris captivis qui animos jam desponderant, liberum fore in patriam reditum.* Poterant

vant ergo in illis angustiis deficere & desperare de salute sua, nisi Prophe-  
 ta his monitionibus occurrisset. Praevenit ergo dubitationes, quibus ang-  
 atque ad desperationem sollicitari poterant postquam abducti essent à  
 Chaldaeis atque in captivitatem (sic puto legendum, non verò salutem  
 uti mea editio habet) redacti. Nihil enim cernebant eorum quae hîc pro-  
 mittuntur, sed contraria & adversa omnia. Ipsemet autem subjicit.  
 Quia tamen omnium ferè consensu receptum est exordium esse nova con-  
 cionis & sermonem dirigi ad Sennacherib ejusq; exercitum, neq; mihi et-  
 iam displicet Assyriis injustè omnes vicinos opprimentibus denuntiari  
 vindictam.

Qui eum de-  
 serit rursus.

III. Verùm inter antiquos Patres, *Cyrellus & Hieronymus* versio-  
 ni Græcæ vitiosæ hîc insistentes alio modo nexum cum capitis XXXII.  
 fine quæsierunt. Ille quidem perinde occupationem, sed cum relatione  
 ad tempora N. T. de quibus in præcedentibus agatur, hîc supponit & si-  
 mul secundùm versionem Græcam verba exponit. *Beatos* (inquit) no-  
 minat qui ferunt in omni aqua, ubi bos & asinus calcant. (Sic Græci ma-  
 lè ultima cap. 32. v. 20. reddunt, cùm propriè sonent; *ô vos beatos qui se-  
 veritis secundùm omnes aquas, qui immiseritis eò pedem bovis & asini.*)  
*Diximus per hæc significari, tum ex Judæis tum ex Gentibus per fidem  
 ad agnitionem Christi vocatos.* Ἄλλ' ἢν εἰκὸς διαλογίζεσθαι τινὰς, ἢ μὴ ἢ  
 φεῖσαι. Verisimile erat quosdam disputaturos & dicturos. Ergo qui tandè  
 beati sint ejusmodi, cùm eos persequantur hi qui mundana sapiunt, & dif-  
 ficultatibus intolerabilibus semper implicent? & sæpe in capitis adducant  
 periculum? ἀνανήθει τοίνυν ὁ λόγος εἰς παράκλησιν τῶν πεπιστευκότων ἢ  
 φησὶν. *Vigilat igitur & excitatur hæc oratio ad consolationem creden-  
 tium & inquit: Væ illis qui vos faciunt miseros: Vos autem nemo mise-  
 ros reddit. Pati enim propter Christum, sanctis gloriam, inferentibus  
 autem persecutionem parit exitium. Seipsos ergo miseros efficiunt, non  
 eos qui passi sunt: siquidem qui compatiuntur, conregnant cum Christo.  
 Atqui, inquit, si quis vos repudiaverit, seipsum etiam repudiat. Capien-  
 turque qui hoc facere solent, id est, non effugient iram divinam: sederunt  
 pœnis sibi illatis velut exesi & exhausti, veluti certè vestimentum à  
 tineâ.*

Quid de tali  
 nexu  
*Cyrellus*

IV. *Hieronymus* verò in eundem planè sensum *adh. l.* verba hæc  
 cum præcedentibus conjunxit & quamvis textus Hebræus aliud hîc sona-  
 ret, tamen quoque versioni Græcæ insistere maluit, ne sacramenta illa

Et  
*Hieronymus.*

Christi & apostolorum, quæ ad versum sequentem exponit, in sensu mystico perirent. De Apostolis (inquit) dixerat & de ecclesiarum magistris. Beati qui seminant super omnem aquam, ubi bos & alinus calcant, nunc ad persecutores eorum maledictionem dirigit, imò ad versum principem eorum, qui corda possidet impiorum: quod quicquid fecerint recipiant, & presens potentia, futurorum sit materia tormentorum. Unde juxta LXX. dicitur: Væ eis qui vos miseros faciunt: vos enim nemo facit miseros. Et est sensus: Quantum in illis est, quando persequuntur vos & variis affligunt cruciatibus: interfectos atque cruciatos miseros arbitrantur. Sed nullus vos potest facere miseros: non enim habent in anima potestatem, sed in corpore. Et qui reprobat vos, non vos reprobat, sed eum qui vos misit, juxta illud quod salvator discipulis loquitur: Qui vos reprobat me reprobat: & qui me reprobat, reprobat eum qui me misit. (Luc. 10. v. 16.) Capiuntur igitur persecutores & æternis tradentur ardoribus. Et quomodo tinea vestimentum, ita illos jugis flamma consumet. Quod & in fine hujus prophetiæ scribitur: Vermis eorum non morietur & ignis eorum non exstinguetur. (Jes. 66 v. 24.)

Et  
Abarbanel.

V. Ex Judæis quoque Abarbanel, quamvis capita prophetiæ vigesimæ tertiæ distinxisset, & hunc versum primum cap. 33. de quo agimus, secundum constituisset caput, tamen eum in Commentario ita cum prioribus connectit, ut nexum magis cum antecedentibus quàm cum sequentibus probare videatur. Postquam enim præcedentia, imprimis versu 19. non sine violentâ detorsione ad Israël em retulisset, existimans ב וכרד æquè præfixū esse ac in sequenti בררת mox subjungit: וכנגד האויבים אשר העבירו אותם בגלות אמר הוי שודד ואתה לא שדוד וגו' אוי לך האויב שאתה תמיד שודד ואינך שדוד אבל דע לך כי כאשר תכלה להיות שודד את אחרים והם שראל אשר בגלות תושדו גם אתה ויבגדו בך רמו על העונש אשר שיגם בזמן הגאולה, i. e. Respectu hostium verò qui eos in servitutem tempore captivitatis redegerunt dicit: הוי שודד ואתה לא שדוד וגו' Væ tibi hostis qui jugiter vastas & non es vastatus. Sed scito quòd ubi defieris alios vastare & spoliare, (sunt autem hi filii Israël qui in exilio,) & tu vastaberis ac perfidè agent contra te. Quo indicatur pœna quæ consequetur eos tempore liberationis.

Επιεισιος

VI. Ubi autem rem rectè perpendimus, satis apparet, nexum hunc cum

cum

cum prioribus alienum esse. Nam 1. *Zvinglius* quidem, ut ostenderet eo facilius, hæc verba de quibus agimus, *velut epilogum esse omnium superiorum*, in sua versione illud *ergò* adjecit: *Væ ergo vastanti &c.* Sed in textu originali, ubi verba absolute ponuntur, nullum hujus nexus vestigium. Tum nec ratio quam subjungit, *dites & violentos homines innocentioribus insidiando, exhauriendo perdendo, nil aliud quam divinam in se ultionem provocare*: id videtur inferre. Licet enim *cap. 32. v. 6. & 7.* de ejusmodi insidiis & consiliis ad perdendum humiles sit sermo, & verum sit tales in se divinam ultionem provocare: tamen non ideo tam multis aliis heterogeneis & nominatim sermone ad fœminas tranquillas *v. 9. & seqq.* interjectis conveniens est initium *cap. 33.* eò referre, præsertim cùm nulla in prioribus istis vastationis aut perfidiæ mentio fiat.

De nexu  
1. *Zvinglii.*

VII. Tum 2. *Calvinus*, quando supponit *liberationem promissam captivis & sic prophetam nunc tempestivè victoribus insultare*: non satis memor fuisse videtur quòd toto capite præcedente nulla hujusmodi occurrat promissio, cùm implemet illud partim ad regnum Ezechiaæ ceu typum, partim ad regnum Christi ceu antitypum referat, in quo finis ejus sit & complementum. Nam *promissiones* quidem occurrunt spirituales, nullæ tamen quæ ad *liberationem captivorum*, præsertim à Chaldæis abductorum, spectare queant. Quòd si altius assurgere velit & ad usque 29. recurrere, ne sic quidem id procedit, cùm *cap. 32. v. 9.* ipsemet notet *probabile esse Isaiam seorsum hinc novum sermonem ordiri*, & si vel id cum proximo vaticinio contexatur, *sermonem* tamen in eo ad *hypocritas converti*. Proximè autem præcedens promissio *v. 15. & seqq.* effusionem spiritus, ubertatem insolitam, justitiam, pacem, securitatem, quietem, refrigerium & tempestatis depulsionem promittit. De *liberatione captivorum* verò altum silentium. Unde cùm nulla dubitandi occasio hinc detur, nec probabile est, prophetam his verbis istas dubitationes prævenire.

&  
2. *Calvini.*

VIII. Sed & 3. minus adhuc *Cyrilli & Hieronymi* nexus quadrat. Evidens enim est conferenti textum originale, si vel versus ultimus *cap. 32.* esset de Judæorum & gentium vocatione per Apostolos intelligendus; tamen non posse sequentia per occupationem eò referri i. quia beatitudo tum tantum *serentibus in omni aqua* i. e. (*Hieronymo* interprete) *Apostolis & Ecclesiarum magistris* tribueretur, qui & ipsi sunt *מְשַׁלְחֵי רֶגֶל הַשּׂוֹר וְהַחֲמֹר* *immittentes pedem bovis & asini*, sive arando, sive onera portando, officium facientes. Sic enim objectio formari

&  
3 *Cyrilli ac Hieronymi.*

mari tum non posset quoad ipsos ex Judæis & gentibus vocatos, uti à *Cyrillo* fit: & si quis cum *Hieronymo* id restringere vellet, obstaret tamen emphasis vocis  $\text{ררש}$  (de quâ postea) nec posset persecutionibus quas Apostoli sunt perpeffi quadrare. 2. quia  $\text{ἰμᾶς}$  triplex in versione Græcâ, à quo nexus pendet, novum additamentum & commentum est ortum ex hypothese hujus nexus fictitii, cum in textu originali non plurale sit sed singulare  $\text{ררש}$ , &  $\text{רר}$  *contrate*, argumento evidenti, hæc non de objecto respectu illorum qui vastantur, sed de ipsis vastantibus & perfidè agentibus, esse intelligenda.

&  
4. *Abarbanelis,*

IX. Denique 4. neque *Abarbanelis* nexus fundamento solido nititur. Supponit enim *cap. 32. v. 19.* sermonem esse de Israële &  $\text{רר}$  non de *grandine*, ut alii omnes volunt, sed de *descensu* esse intelligendum (uti in  $\text{רר}$  *Jud. 19. v. 11.* & *Hos. 12. v. 1.* quorum neutrum tamen ex  $\text{רר}$  sed prius ex  $\text{רר}$  posterius ex  $\text{רר}$  est derivandum) &  $\text{ר}$  in illâ voce æquè ac in sequenti  $\text{רר}$  præfixum esse & quidem in hunc sensum dici, *quòd idem eveniet populo quod evenit terra, eo quòd in descensu sylvæ, quæ terra Israelis sit, à gradu suo etiam descendet populus eodem descensu, & humilis erit eadem humilitate quâ civitas deprimetur*: atque huic statui tum opponi felicitatem tempore redemptionis futuræ in uberrimo annonæ proventu *v. 20.* qui tempore messis tantus sit futurus ut non satis sint futuri boves ad trituranđū pedibus sed asini quoq; necessitate urgente ad id adhibendi: & sic tum respectu hostium verba de quibus agimus subjungi. Verum 1. hypothesis ista falsa est, nec dubium  $\text{רר}$  de *grandine* esse intelligendum atque jam ista respectu hostium dici secundum exempla *Jos. X. 11.* *Ezech. XXXVIII. 22.* Quomodo ergo statim ad illos fieret reditus? Præsertim cum 2. Istius oppressionis quâ hostes considerentur  $\text{ררש}$   $\text{העבירו אותם}$  *ut qui eos in servitutem redegerint*, nulla in præcedentibus fiat mentio, neque ulla vastationis aut perfidiæ, adeoque respectus ad præcedentia fundamentum hîc sit nullum.

Nexus cum sequentibus solum probatur & ostenditur.

X. Unde magis verisimile, initium esse hæc verba prophetiæ quâ de judicio Dei in Sanheribum aliosque similes populi Dei hostes, qualis etiam Herodes Magnus fuit, agitur *versibus 12. prioribus cap. XXXIII.* uti jam antehac monui *disquis.* supra citatæ *Sect. 1. §. 6.* Sic autem hîc esset alloquium per exprobrationem cum quâ oratio Ecclesiæ (quæ *v. 2.* sequitur) optimè cohæret, quoniam illâ ipsâ exprobratione & denunciatione spes fidelium excitatur, sed & quoniam in eâ termini vastationis simul in-

defi-

definitè solùm fit mentio, ad preces compelluntur & brachium pōtentiaē ejus **לְבַקְרִים** in *matutina tempora*, ubi illucescit & spes auxilii propinqua esse videtur, implorandum. Est enim hoc illud **לפנות בקר** *appetente matutino Psal. XLVI. 6.* quod *Calvinus* ad promptitudinem auxilii refert. Ex quibus simul scopus hujus denunciationis, tum vastatorum, tum imprimis fidelium respectu, apparet, Illorum scilicet terrori & convictioni, **Scopus.** horum confirmationi, solatio & excitationi inservit. Illis denunciatur, ut contremiscant, praesertim ubi vident omnia sensim in pejus ruere & desperabundi, dum superos flectere nequeunt, Acheronta movere jam coguntur, & quoque ubi venerit terminus, norint praedictum. His verò simul audientibus, etiā quando illi vastatores non audiunt, denuntiatio ista fit, ut ne animum, dum vindicta protrahitur, despondeant sed erigant potius, & ad signa temporum ac eventus revolutionum magnarum cum precibus ac suspiriis jugiter attendant, eundem patientia obfirmantes, **כִּי בֵּן יוֹבֵא** quoniam *omnino veniet ac non tardabit*, ut propheta *Hab. 11. 3.* & *ἔτι μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἔξει καὶ ἔχρονει*, *adhuc pusillum quantumcunque, & qui venturus est, veniet, neque tardabit*, ut *Apostolus Hebr. X. 37.* quando nempe Deus pacis brevi Satanam conteret.

## S E C T I O II.

### *Verborum analysin & exegesin exhibet.*

**S**atis primâ fronte apparet, verba hæc esse prophetæ insultantis hosti **Verborum** **S**ecclesiae & populi Dei adhuc florenti, prospero rerum successu elato **argumentum** & cum omnia ex voto cedant & qui resistat nemo sit, neminem etiam fore qui potentiâ aut consilio par sibi sit aut superior, securè opinanti, idque ita ut partim iniquissimum agendi modum exprobrando, eum graviter increpet, partim pœnam justissimam ex lege talionis suo tempore subeundam ei certò denunciet. Et sic quoque hinc patet, verba hæc non incommodè in duas partes dividi posse. Quarum *una sit increpatio vehemens iniquissimi & perfidi vastatoris cum minis conjuncta*; altera verò *denunciatio gravis ejus quod ex lege talionis ei sit expectandum.* Quarum posterior ratio simul potest esse prioris & minatum quas illa increpatio involvit. **Partes duæ.**

II. De genuino primùm *Increpationis* sensu tum demum constabit, ubi forma orationis fuerit determinata & quomodo antithesis fiat, ac **I. Increpatio vehemens.**  
tum

Orationis forma expenditur. Quid  $\text{הוּא}$  hic proprie. Ejus significatus geminus

Triples secundum Notidium.

Conjungitur h. l.

tum quoque quid  $\text{וַאֲנִי}$  ac  $\text{בְּגֵר}$  proprie significant, expositum. Collatio enim versionū, quas supra eum in finem retuli, satis demonstrat non convenire hic Interpretes. Ut adeo ante omnia dispiciendum sit, quid in illis sit præferendum, antequam sensus genuinus erui queat ac determinari. Ad formam orationis pertinet ut quid  $\text{הוּא}$  hic proprie sit, determinetur. Licet enim interpretum major pars id sensu minantis per *va* reddat, tamen nec desunt qui id solum increpantis notam esse volunt. Sic O Ecolampadius, *ô devastans*; & qui eum sequitur Castalio, *ô tu qui vastas*. Eodem sensu Forerius vulgatam corrigens novâ suâ versione, *Heus vastator*. Certum est particulam hanc utroque sensu in V. T. occurrere, & in ipso Jelaia, qui frequentius quàm ullus prophetarum alius eâ usus est, utriusque exempla extare. Prioris vel solum *caput quintum* v. 8. 11. 18. 20. 21. 22. sex exempla suppeditat, estque is satis evidens *cap. 45. v. 9. 10.* Sed & posterioris exemplum *cap. 55. v. 1.* habetur, ubi  $\text{הוּא כֹּל צִמָּח}$  non potest *va* omnifitienti significare, sed potius *agedum quisquis sitit; venite ad aquas.* *Wolan alle die ihr Durstig send kommt her zum Wasser* uti Lutherus & *Piscator* reddunt. Tale quid etiam notat *Zach. 11. 6. 7. al. 10. 11.*  $\text{הוּא צִיּוֹן הַמְּלָכִי}$  it. *Quæ Tr. & Jun.* reddunt: *Heus, heus, jam fugite è terra aquilonis: & Heus Tzizon, libera te.* Nempe vel *dolentis* & pro ratione materiæ *minantis* vel *adhortantis* & pro respectu materiæ simul *increpantis*, particula est. Noldius tres significatus ponit ut sit nota 1. *Exclamantis* seu *hortantis*. Quò refert *Jes. 1. 25. Zach. 2. 10. 2. Dolentis: ah, heu!* Quò spectet  $\text{הוּא אָחִי וְהוּא אָחוֹת}$  *heu frater mi & heu soror, heu Domine & heu decusejus.* 1. Reg. 13. 30. & *Jer. 22. 18. ac 34. 5.* Idem *ὀυαί* significare putat *Matth. 18. 7. & 24. 19. Marc. 13. 17. Luc. 21. 23. 3. Execrantis* seu *Comminantis: va.* *Jel. 1. 4. & 5. v. 8. 11. 18. 20. 21. 22. & 10. v. 1. 5. & 17. 12. & 18. 1. & 28. 1. & 29. v. 1. 15. & 30. 1. & 31. 1. & 33. 1. & 45. v. 9. 10. Jer. 22. 13. & 23. 1. & 48. 1. & 50. 2. 7. & c.* Sed prout ipsum *va* dolorem infert, & nunquam sine dolore pronunciat & commiseratione etiam in maximè perditos, si forte hac denunciatione flecti queant, & ad pœnitentiam deduci, ita tum quoque  $\text{הוּא}$  quando *minas* infert, simul *dolentis* nota est & ad primum significatum potest reduci. Nil autem obstare videtur quo minus utrumque hoc loco jungamus, ut  $\text{הוּא}$  & *dolentis* ac *minantis*, & quoque *adhortantis* ac *increpantis* nota sit, q. d. *agedum va tibi ô vastator.*



III. *Antithesis* autem quomodo fiat in hac increpatione, perinde dubium est. Quidam id *interrogando* fieri putant, quidam simpliciter *indicando*. Nam quòd *versionem Syriacam* attinet, quæ passivum in activum, singularem in pluralem, indicativum in imperativum, præteritum in futurum, transformat, dum reddit; *Va diripienti: vos ne diripiatis & deceptor nequaquam decipiet vos*: error ejus nimis est manifestus & discussio à textu originali evidentior quàm ut de ea sit dubitandum. Eadem *Græcæ versionis* ratio. Non æquè evidens, num in antithesi ונתה לך & alterâ בך בגרו interrogatio subintelligenda, uti *Jonathan Chaldæus, Vulgata, Zvinglius* & qui eos sequuntur putarunt. Quos inter *Lutherus* id etiam addidit, quòd antithesis illa ex opinione illius ad quem sermo dirigitur formetur: *meynestu du werdest nicht verstorret werden? meynestu man werde dich nicht verachten?* Nam licet ה interrogativum non extet, solet tamen quandoque subintelligi, uti *Gen. 27. 24. & 1. Sam. 16. 4. & 2. Sam. 19. 23.* id satis evidens. Neque id alienum foret si in antithesi futurum & non præteritum legeretur. Dicitur enim ושרך & בגרו non verò תושרך & יבגרו ut pòst in *denunciatione* legimus. Et hæc forte consideratio *Lutherum* induxit ut isto additamento vellet scrupulum hunc per illud *meynestu* eximere. Quasi subindicaretur, vastatorem exinde quòd hætenus non sit passus destructionem aut contemptum, neque impofterum se destructum aut contemptum iri colligere. Sed nullum ejus in textu vestigium, si vel interrogativè reddere vellemus & præteritum retinere. Verùm simplicius est antithesin cum majore interpretum numero citra interrogationem formare, ut sic factâ comparatione iniquus agendi modus eo magis repræsentetur, prout jam supra monui.

Antithesis qualis. Versionis Syriacæ & Græcæ error manifestus.

Quidam interrogativè accipiunt.

Obstat præteritum. Unde Lutheri additamentum

Simplicius indicativè accipiendum.

IV. Opus autem quoque imprimis ut quid ושרך & בגרו propriè sit in antecessum exponatur. Emphasis enim utriusque vocis & latitudo ac plenitudo significatus, cui exhauriendæ nulla vox Latina sufficiebat, effecit ut tantâ varietate interpretes in his reddendis fuerint versati. Nam ושרך illis est 1. *prædo* qui prædatur. Sic *Targû Jonathan, Syriaca, Vulgata, Pagninus, Calvinus & Diodati.* 2. *Vastator.* Sic *Judæorum versio Hebr. Germ. Forerius, Castalio, Zvinglius, O Ecolampadius, Belgica, Tremellig & Junius ac Coccejus.* 3. *Qui miseros reddit, ταλαπωρῶν.* Sic *Græca.* 4. *Destructor,* qui evertit nil nisi rudera relinquens. Ita *Luth. & Piscator.* Quin imò *Gallica* voce *fourrager* depopulationem agrorum quæ pabulando fit designari innuit. *Anglica* autem voce *spoile* ejusmodi spoliium quod

In emphasin vocum ושרך & בגרו inquiritur. ושרך quàm diversimodè reddatur.

C

cum

Ad emphasin  
exprimendam  
Significatus  
conjugun-  
tur.

cum vastatione & perditione sit conjunctum. Quæ ut distinguendo op-  
ponantur, aut significatus unus alterum excludat, haud necesse, cum sub-  
ordinari queant & unà consistere. Quisquis enim *præda* gratia excurret  
in agrum hostilem, seu pabulando, seu depopulando, is terrore circumlato  
ad fugam compellens, *vastitatem* quoque inducit; & ubi loca defen-  
soribus & incolis vacua deprehendit, urendo agros & ferro flammaque  
grassando, *destruit* quoque ne hostibus sit receptus ac consistendi locus  
atque ita undique *miseros reddit*.

quàm  
diversimodè  
reddatur,

V. Eadem vocis **בגב** ratio. Redditur enim 1. *Diripere* à Chal-  
dæo. 2. *Decipere* à Syro & Coccejo. 3. *Spernere* à Vulgata & Luthero. 4.  
*Prævaricari*, à Pagnino & O Ecolampadio. 5. *Depopulari* & *incurrere*, à  
*Forerio*. 6. *Prodere* à Castalione. 7. *Iniquè agere* à Calvino. 8. *Perfidè*  
*agere*, à Gallicâ & Anglicâ & Belgicâ versione, *Piscatore* & Tremellio ac  
*Junio*. 9. *Insidiari* à Zvinglio. Denique 10. à Græca versione voce ἀθε-  
τεῖν, quod *reprobare* vertunt. Sed latius patet ac uti propriè significat *ali-*  
*quid quod positum est loco movere*, quod in abrogatione legum, in rescis-  
sione testamentorum & pactorum violatione locum habet, ita quando id  
nullo jure & vitio fit, semper aliquà fidei cum violatione est conjunctum.  
Hinc alibi per ἀσυνθετεῖν reddunt *Pf. 73. 15. & 119. 158.* quod est εἶναι ἀσύν-  
θετον. *pactis non stare*. Quoniam autem verbum **בגב** sæpissimè à Chal-  
dæo vertitur per **בגב** *spoliavit*, hinc idem Coccejus in *Lexico* suspicatur,  
eum hoc verbum sic accepisse, ut propriè significet *vestem detrahere*, λω-  
ποδοτεῖν, uti **ערה** notat *cervicem præcidere* à **ערה** *cervix*. Et sic **בגב**  
à **מעיה**. Ac id probare videtur quia subjungit. *Sic usitatio*  
*erit metaphorica*. *Notat enim usitatè fallere, perfidè agere, frustrari*  
*Berriægen / Bund-brechen. Bedriegen, trouwlooslick handelen. Nam*  
*spes & fiducia est veluti vestis animæ, quæ fovetur & tegitur ne perpluat*  
*tristitia: & qui tristi opportunum solatium adhibet, is facit ac si vestem*  
*ei injiceret cælo frigido; qui spem eludit ac si detraheret. Prov. 25. 20.*  
Verùm quomocunque acceperit Chaldæus, saltem illa metaphora de  
*veste animæ quando spes eluditur detracta*, uti in se durior, ita haud qua-  
drat istis locis ubi **בגב** ad Deum refertur *Psalms 78. 57 & Ies. 48. 8 Ier. 3. 20.*  
*& 5. 11. Mal. 2. 11.* Neque ulla nos cogit necessitas ut **בגב** à **בגב** *veste*  
derivetur sed potius contrarium fieri potest, ut cum prima perfidia violato  
scedere naturæ sit in Deum commissa & hinc vestium ad tegendam nudi-  
tatem sit origo, *vestis* **בגב** ipsa voce notam istius perfidiæ referat. Quâ ra-  
tione

Cocceji de eo  
conjectura  
expenditur.

tionem & מעיה ad מעה potest spectare. Hoc loco uti satis evidens significatum diripiendi, depopulandi & incurrendi, qui Chaldeo & Forerio placuit, voci בגר, etiam ob tautologiam quæ inde oriretur, non convenire: ita reliqui possunt conjungi, sic tamen ut ille perfidia præcipuus sit, sub quo reliqui contineantur. Qui enim perfide agit is quoque prævaricatur & iniquè agit: prodit illum quem decipit & fallit, dum eum destituit, aut etiam nil mali metuentem invadit, atque dum ita simul insidias struit bonæ fidei confiso, patiter ceu simplicem & incautum spernit.

&  
Significatu  
Chaldae &  
Forerii  
rejectione  
conjugua-  
tur.

VI. Quando ergò jam de formâ orationis, antithesi & emphasi vocum שורר & בגר constat, inquirendum restat, quis ille sit שורר & בגר ad quem increpatio hæc dirigitur, & quo respectu ad eum dirigatur. De priore non una Interpretum sententia est. Sunt α. Qui volunt ad ipsum diabolum ceu principem persecutorum qui corda possidet impiorum, hæc spectare. Ita Hieronymus supra Sect. I. §. IV. & Forerius, qui juxta historiam sermonem esse de Assyrio, sic asserit, ut tamen eum gessisse typum hostis humani generis, Diaboli nempe, simul credat, argumentum præcipuè ex sequentibus petens כהתימר שורר תושר i. e. ubi ad perfectionem perduxeris vastationem, vastaberis: quod multo (inquit) verius de diaboli imperio intelligitur: qui tunc de imperio cecidit quando ad summam impietatis, qua spiritalis vastatio constat, homines pertraxisset; quàm de Assyrio, qui non expugnata civitate sancta deletus est. Ita quoque Tirinus. Verùm sensus hic mysticus alienus videtur. Licet enim id omne quod à vastatoribus perfidis fit & hinc increpationis argumentum est, diabolo quoque ceu auctori sit adscribendum, qui & ipse שורר à vastando & ledendo dicitur: tamen sermonem ad eum hinc dirigi non solum nullo ex textu indicio patet sed quoque eidem repugnat. Quomodo enim omnia illa quæ hinc de illo שורר & בגר dicuntur diabolo poterunt accommodari? quomodo imprimis ultima illa denunciationis verba? Non enim ille magis quàm Assyrius ad perfectionem perduxit vastationem aut perducet unquam, si terminus ex intentione ejus in expugnatione civitatis sanctæ sit figendus, ut ex Matth. XVI. 18. constat, & post evidentius constabit, ubi quid illud כהתימר sibi velit fuerit explicatum.

Quæritur  
porro  
I. Quis ille  
שורר &  
בגר ad  
quem incre-  
patio dirigi-  
tur.  
α Diabolus  
Secundum  
Hieronymum  
& Forerium  
& Tirinum.

Id alienum esse ostenditur.

VII. Suut alii β. qui ad persecutores Apostolorum seculo primo referunt. Sic supra Cyrillus & Hieronymus Sect. I. §. III. & IV. versioni Græcæ vitiolæ insistentes & nexum cum antecedentibus quærentes. Quos etiam Gallus Pontificius anonymus, qui Notas ex Patribus versio-

β Persecutores  
Apostolorum.  
Secundum  
Cyrillum

Hieronymum  
& Gallum  
anonymum.  
Quod perinde  
alienum,

ni suæ novæ adjecit, est secutus, dum sic annotat. *Après que le Prophe- te a marqué dans le chapitre precedent l' établissement de l' eglise par les Apostres, il parle maintenant contre ceux qui doivent persécuter ces premiers ministres de Jesus Christ.* Sed cum vitium nexus illius sit ostensum, versionis quoque Græcæ h. l. non minus pateat, atque imprimis ista Apostolorum persecutio non fuerit cum vastatione perfida conjuncta, & hoc alienum esse satis superque constat.

γ. Nabucho-  
nosor,  
ut quidam in  
Notis Anglo-  
rum.  
Non admit-  
tatur.

VIII. Est γ. qui ad *Nabuchodonosorem* hæc putat pertinere qui capto *Zedekiâ* & occiso, finem etiam regno Judæ imposuit. Sic quidam in *notis Anglorum*, referente *Polo ad h. l.* Verùm quomodo ea quæ hîc dicuntur, secundùm historiam ei poterunt applicari? Quomodo expedi- tio ejus sive contra *Jebojakimum*, sive contra *Zedekiam*, poterit huic increpationi & denunciationi quadrare, præsertim cum *Zedekiam* perfidè egisse dum contra eum rebellavit & obdurando cervicem animum suum obfirmasse *2. Chron. XXXVI. 13.* legamus? Sanè si injuriam in eo passus fuisset *Zedekias* & vindicta divina respectu hujus expeditionis *Nebucad- nezari* fuisset metuenda, non *Jeremias* autor fuisset *Zedekia* ut ad Principes ejus egrederetur & se dederet. *Jer. XXVIII. 17. seq.*

δ. Assyrus  
& nominatim  
*Sanheribus*  
secundùm  
plures.  
Quod pro-  
batur.

IX. Itaque δ. rectius illi qui secundùm literam ad *Assyrium* & nominatim *Sanheribum* sermonem hîc dirigi volunt. Sic ex Hebræis *R. David Kimchi*: ex Pontificiis *Hugo Cardinalis* & *Tirinus*: ex nostris, *Calvinus*, *Musculus*, *Pareus*, *Belge in Notis* &c. Quam etiam *B. Lu- theri*, *Brentii*, *Osiandri*, *Vinariensium paraphrast.* & plerorumque *In- terpretum* sententiam esse, rectè *Calovius ad h. l.* observat, simulque me- ritò perstringit *Grotium*, qui hunc locum etiam ab *Hieronymo* de *Senna- cheribo* exponi scripserat, contrarium ex ipso *Hieronymo* ostendens, qui id Hebræis tribuat quidem, sed simul eos tanquam *nitentes Christi* & *Apostolorum* ejus *subvertere sacramenta*, refellat. Quod verò quæ hîc dicuntur *Assyrio* & quidem *Sanheribo* exactè convenient, magis pate- bit, ubi sequentia fuerint explicata.

ε. Quisque et-  
iam vastator  
perfidus cui  
circumstantia  
conveniunt.

X. Notetur tamen ε. posse etiam hoc nomine intelligi quemvis *vastatorem perfidum* cui id convenit cujus respectu hîc fit increpatione. Ita *R. David Kimchi* ex hypothesi quòd hæc ad tempora *Messia* spe- ctent, id de *Rege gentium* qui illo tempore sit futurus exponit. Sic *Hugo Cardinalis* id moraliter explicat de *antichristo* qui prædetur *Christo* suos auferendo. Quod tamen non quadrat, utut *O Ecolampadius* etiam de *Sanhe-*

Sanheribo & antichristo simul exponat. Idem Hugo etiam de quolibet raptore intelligit, dum ita illud *Va qui pradaris παραφράζει. Princeps seu secularis qui injustas exactiones extorques à subditis, qui falsa crimina imponis subditis ut eorum emungas marsupia: qui vicinas tibi ecclesias pradaris & cœnobia. &c.* Ita Tirino allegoricè hîc Sennacherib sunt membra Diaboli tyranni, qui Christum & membra Christi spernunt, persequuntur, depradantur. Ita Pareo indefinitè sunt omnes Ecclesie hostes. Et Belgæ in Notis hæc ad omnes Ecclesie Dei persecutores dici rectè volunt. Cùm tamen hi non omnes æquè sint insignes ut Sanheribo queant conferri, patet id imprimis restringendum esse ad illos quibus respectus convenit secundùm quem hîc fit increpatio.

XI. Hunc 2. antithesis exhibet gemina respectu gemino qui τῷ שוּדָּר & τῷ בּוּגְדָּר respondet. Prior est שוּדָּר לָא וְאַתָּה לָא שוּדָּר & tu non es vastatus. Posterior בּוּגְדָּר לָא בְּגֵרָוּךָ & non perfidè actum fuit tecum. Utroque innuitur iniquitas in eo qui ceu vastator perfidus non sine minis hîc increpatur. Tale quid nempe in aliis designasse cujusmodi nihil ipse ab iis sit passus, vastasse non vastatum, perfidè egisse cùm nemo perfidè cum eo egerit & ageret, adeoque in omnibus esse non aggressorem solùm sed & iniquum ac perfidum aggressorem. Non enim hæc interrogativè dici sed indicativè supra fuit ostensum, ubi de forma orationis actum. Et licet præteritum sit in textu, tamen præsens subintelligi potest; quia id respectu futuri præteritum est, & in sequenti denunciatione quoque ad actum vastandi & perfidè agendi continuum tanquam præteritum & præsentem respicitur. Hinc non solùm Græci, sed Castalio quoque Tremellius ac Junius & Coccejus in præsentem reddiderunt; neque vastaris ipse, nec ipse proderis; qui ipse non vastaris, contra quem non agitur perfidè: cùm tu non vastaris, cùm non fallant te.

2. Quo respectu sermo ad eum dirigatur.

XII. Quadrat autè hic respectus optimè Sanheribo Assyrio. Sanè vastator is dici potuit, cùm in illa sua adversus Hiskiam expeditione, quando omnes Judææ urbes munitas occupavit, latè vastitiam intulit terris ut nulla intra biennium sementis fieret aut messis. *Jes. XXXVI. 1. & XXXVII. 30.* Etiam perfidus, quatenus, quamvis Hiskias supplex factus mulctam aut tributum indictum misisset, tamen contra eum profectus est *2. Reg. XVIII. 13. & seqq.* misso Tarthane & Rabsake, uti Abarbanel ad h. l. rectè ex circumstantiis colligit. Neque erat antea vastatus aliorum incursione, vel etiam perfidiam aliorum expertus. Quòd enim Hiskias

Hic Sanheribo quadrat & applicatur.

se peccasse agnovit, quod ab eo defecerat seu partes Sanheribi deseruerat, v. 14. id rebellio quidem à ministris Assyrii vocatur v. 20. non tamen perfidia erat jugo tyranni oppressoris non sine nutu divino se subducere. Nam nusquam legitur Hiskias Sanheribo juramentum fidelitatis præstitisse. Et si in eo perfidè egisset, non potuisset niti auxilio Dei, neque ab eo defensus fuisset.

Et  
Assyrio hujus  
temporis.

XIII. Quadrat etiam Assyrio hujus temporis & cuilibet alteri perfido vastatori, qui revera שודר vastator, spoliator, depopulator omnibus vicinis leges ejus admittere nolentibus gravis latè circumfert terrorem & resistere volentes ingenti copiarum numero opprimit & deprædatur: qui simul בוגר perfidus non uno modo, cum non uno Principe, non unâ gente perfidè egit & non solùm in congressibus & tractatibus despiciendo & bona verba dando fefellit, donec arbitrum se belli & pacis per Europam constitueret; sed quoque sub levissimis prætextibus fregit inducias & pacem atque contra omne jus & fas incendiis & barbarâ crudelitate est grassatus. Neque is hæctenus vastatus est, dum bellum necdum in interiora regni (si superioris æstatis incursionem & depopulationem excipias) est translatum, sed in finibus, imò extra fines, geritur. Neque perfidè cum illo hucusque est actum, dum subditi, etiam gravi jugo pressi fidem servarunt, & quotquot ab ejus fœdere recesserunt (uti propemodum ab omnibus, solis barbaris exceptis, factum) id eadem fecerunt libertate quâ antea conjuncti fuerunt.

II. Denunciatio  
gravis.

Ubi  
I. In quem  
terminum  
fiat.  
כהתימר  
quid.

XIV. Sequitur II. Denunciatio gravis ejus quod ex lege talionis ei sit expectandum, in quâ simul ratio illius Va prioris, sic ut membrum membro respondeat, ac notandum sit quando seu in quem terminum & tum quid graviter denunciatur. Vastatori quidem necdum vastato dicitur: שודר תושר cum consummaveris vastans (h. e. vastare) vastaberis. Tum perfido, כנלתך לבגר יבגרו בך cum absolveris perfidè agere, perfidè ageitur contrate. Terminus utrobique ad consummationem aliquam voce tamen diversa refertur. De priore vastantis dicitur כהתימר cum consummaveris vastare. Est כהתימר pro כהתמר radicis תמם quæ rex תום formatum. Quæ contractio vocalis parvæ & dages in oppositâ magnam frequens. Vid. Gramm. Alting. §. 64. Notat autem תמם generaliter in totum consummari seu consumi, idque tripliciter 1. cum omnimoda perfectione rei, ac tum idem valet quod perficere, 2. ut vel ejus personæ vel rei nihil omnino sit reliquum

quum, sine tamen perditione. 3. quando cum eius rei omnimoda fit perditione, & tum placet reddi verbo consumendi, ut rectè Kircherus. Hic de consummatione actionis est sermo ut *Jos. III. 18.* ubi de Israelitis Jordanem transeuntibus agitur. *Chaldaeus* malè per כר תיתי cum venis id expressit. Nec melius *Syrus* qui מצ רצביתון cum volueritis reddit. *Græci* verò toto cœlo aberrarunt in illo suo ἀλώσονται capientur. Reliqui interpretes per consummare, absolvere, desinere, benè quod in textu est verterunt, utut *Zvinglius* id planè silentio transmiserit. De posteriore autem perfidi termino dicitur כנלתך לבגר cum absolveris perfidè agere. Est כנלתך pro כהנלתך excludo ה characteristico per כ præfixum *Alting. §. 106.* Radix est נלה quod hîc solùm & *Job. XV. 29.* occurrit. Quem locum & *Raschi* & *Kimchi* huc referunt. Sed parum inde lucis cum quid מנלם ibi sit propriè adeo non constet, ut *Vulgata radicem*, *Græci umbrã*, *Arabs verba* reddiderint, & ipse *Coccejus* id in *Commentario* ad h.l. quasi in medio reliquerit. Analogia ergo prioris כהתימר significatum ex contextu & re ipsa hîc petere jubet. *Chaldaeus*, quia convenit לנה, unde נלנה laborare, defatigari, quasi scriptum esset כנלתך vertit כר תלאי cum fatigaberis vel fatigatus desieris. Verum est quiescentia tertia aleph & tertia he frequenter formas permutare atque ita נ potuisse omitti & in cholem latere. *Alting. §. 133.* Sed cum secundùm punctationem, כ sit radicale, id admitti non potest. Ut nec illud quod *Græci* habent: ἢ ὡς οὐς ἐφ' ἱματίου, ἔτως ἠπληθύνονται, & tanquam tinea in veste, sic detrimento afficientur. Pro לבגר legerunt tamen לבגר nullâ planè habitâ alloquii in ברב ratione. Itaque potius notat summam perfidiam quàm desitionem perfidia ex lassitudine, uti in *Lexico Coccejus.*

כנלתך  
quid.

XV. Id verò imprimis quærendum quorū iste finis sit referendus. *Tosarrus* in utroque ad Deum retulit: ubi aliquando tua grassationis & immanitatis finis advenerit, id quod citius quàm credas futurum est. Et sic *Angli* & *Belgæ* annotatores. Rectè omnino, prout etiam *Pareus*: ubi impleveris mensuram & metam crudelitati tue à Deo præfixam attigeris. Nec aliter *Musculus* aliique. Sed tamen potest etiam finis perfidiæ præcipuè adscribi qui non ex defatigatione oritur sed partim ex defectu novarum fallendi artium, partim ex studio fidem perfidiâ perditam bonâ fide recuperandi. Et sic ipse qui perfidè agit tandem finem facere perfidiæ studet, sed frustra. Nam consilia mala in caput recidunt, atque

Quorsum  
terminus iste  
sit referendus.

2. Quid denuncietur.  
תושר quid.

יבגרו בך  
quid.

Utrumque  
Sanheribo  
applicatur.

atque sic vastatio in vastatorem recurrit, & qui perfidè egit tandem perfidiam aliorum experitur. Prout 2. denunciatur quid isto termino sit futurum. Nempe illud quod lex talionis postulat, תושר *vastaberis*, & יבגרו בך *perfide agent contra te*. Potest illud תושר etiam ad personam vastatorum referri, quatenus mortè violentam infert. Ita שררר de Siffera dicitur *Jud. V. 27.* quem Jael clavo per tempora adacto necaverat. Sed & ad illorum exercitum & subditos & terras ac dominia, prout *Jer. LI. 21. & seq.* id graphicè describitur. Alterum verò יבגרו בך ad istam perfidiam referendum, quando frangenti fidem, fides tandem frangitur eidem, & fidem exuunt illi etiam, quorum erat, eam vel maximè servare, prout sunt conjux, liberi, alique interioris admissionis amici & servi. Neque enim opus est ut id præcisè ad illos cum quibus perfidè actum est, restringatur. Atque ita complementum in Sanheribo utroque respectu evidens, qui & vastatus in se dum violenta morte occubuit & vastatus postquam ad terminum vastationis pervenit in exercitu quoque, illà ejus clade quam *2. Reg. XIX. 35.* legimus. Ut alteram taceam quam in Ægypto passus, ob quam & statua ei in aliquo Vulcani templo erecta manu murem tenens cum hac inscriptione: *In me quis intuens pius esto*, si *Herodoto lib. 2.* credimus. Tum & perfidè cum eo ab ipsis filiis actum qui eum necarunt. *2. Reg. XIX. 37.* Neq; id in aliis defuit vastatoribus perfidis aut ex lege talionis divinæ deesse potest, cum regula etiam hoc respectu sit firma, τῷ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρέϊτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. *Luc. VI 38.*

### S E C T I O III.

*Praxin & applicationis modum indigitat.*

**N**ON licet hîc agere multis, itaque digitum solùm in nonnulla intendam ut quàm hæc hodiernis temporibus quadrent eo magis constet.

Patet hinc 1. Vastatores perfidos quamvis securè ævum transigant, tamen vindicem Dei oculum non effugere, qui attendit ad eos, increpat & inclamat: הוי שררר *Heus tu. Væ tibi.* Sic *Ies. VIII. 9. & X. 5. & XIX. 11. 12. & XXXVII. 22. & seq. & XLVII. 1. Jer. XLVI. 3. & seq. & XLVIII. 1. seq. & c.*

2. Hostes Ecclesiæ Dei etiam dum vastant simul perfidos esse & fidem non servare. Tales Sanheribus, Mesa, Alcimus, Ptolomæus Ahobi, jam



jam antehac notati, tum quoque Demetrius & Tryphon *1. Macc.* XI. 52. 53. & XIII. 19. &c.

3. Vastatores ejusmodi, quantumcunque prætextus eis non desint, tamen iniquos esse vel eo ipso quòd sint aggressores, vastent non vastati, frangendo fidem fallant, quando nil tale in eos designatum. Sic Ammonitæ *Jud.* XI. 12. seq. & *1. Sam.* XI. 1. seq. &c.

4. Quantumcunque vastent & perfidè agant, terminum tamen eis à Deo esse præfixum & quam compleant mensuram habere. Vid. *Gen.* XV. 16. *Job.* XXXVIII. 11. *Ier.* XXVII. 7. *Dan.* VII. 25. *Apoc.* IX. 10. & XI. 2.

5. Atque tum, quantumcunque sint potentia & fastigio sublimes, tamen vastandos & destruendos. *Dan.* VIII. 23. seq. & XI. 3. 4. 45.

6. Idque secundùm legem talionis divinæ futurum, ut vastantes vastentur & perfidè agentes aliorum quoque perfidiam experiantur. *Deut.* XXXII. 35. *Apoc.* XIII. 10. *Jud.* I. 7. *Psal.* CXXXVII. 8. *Prov.* XI. 3. & XII. 13. 14. & XXII. 12. *Ier.* LI. 20. & seq. &c.

Quæ ultima ut voti hæctenus quoad hostes Ecclesiæ & Assyrium hujus temporis sunt, ita eorum complementum in silentio & spe expectandum, non justitia solùm divina & perpetuo judiciorum ejus decursu id demonstrante, sed exemplis quoq; ejus recentis memoriæ & hujus seculi in promptu, quibus fiduciam sustinere licet & animum nunquam non erigere nutantem. Ut adeo non opus sit, quod à celebri Interprete factum, ut hîc ad *Ferdinandum II.* recurramus, sed sufficiat *iter judiciorum Dei Ies.* XXVI. 8. vel in sola Angliâ & Galliâ superiori & hoc seculo intueri, quò sic concludere liceat cum illis quorum sermo *Psal.* LVIII. 12. refertur: *אֵלֹהִים שֹׁפֵטִים בָּאָרֶץ אֲרָם פֶּרִי לְצַדִּיק אֲרָם יֵשׁ אֱלֹהִים שֹׁפֵטִים בָּאָרֶץ* *Utique est fructus justo, utique est Deus iudex in terra.*



## ANNEXA RESPONDENTIS.

### I.

**E**X apparitione Abrahamo facta, *Gen.* 18. apparet mysterium S. S. Trinitatis Patribus quoque notum fuisse.

### II.

Status ille, in quo primus homo conditus est, rectitudo dicitur *Eccles.* 7. vers. 29. al. 30.

### D

### III. Vo-

Voce  $\aleph$  velle intelligere hominem sine pravitate, seu rectitudinem nuda absentia vel carentia labis, pugnat cum natura & significatione vocis hebraea.

IV.

Imaginem Dei in homine primo, vel solum, vel formaliter, consistere in dominatu ejus in creaturas homine inferiores, negatur contra Socin.

V.

Decretum Dei de electione hominum ad vitam aeternam est prorsus immutabile & irrevocabile.

VI.

Vita hominum posuit Deus terminum, quo incipit & quo desinit, natiuitatis diem omnibus fixit, etiam mortis, nec tantum, sed & modum genusque morbi aut casus quo sint morituri.

VII.

Omne illud tempus quod lapsum insecutum est usque ad Christi adventum, uti tempus promissionis sic & Veteris seu prioris Testamenti dici potest. Observamus tamen in hac V. T. aeternonomia plures distincte periodos.

VIII.

Patres ante legem Mosaicam non sunt gavisi plenam libertatem.

IX.

Promulgatio Decalogi, quamvis toti individua S. S. Trinitati competat, tamen filio proprie, qui tum quoque, sua peculiari  $\chi\epsilon\iota\sigma\epsilon\iota$  populi Israelitici & Ecclesiae illius temporis Rex fuit, adscribenda est.

X.

Decalogus continens legis naturalis summam, & quoad substantiam

tiam

*tiam una eademque lex est & eatenus quoque universalis  
ac perpetua obligationis.*

XI.

*Fœdus Israeliticum non fuit formaliter fœdus operum, sed fœdus  
gratia velatum sub œconomia legali.*

XII.

*Lex cæremonialis non demum propter peccatum in vitulo aureo  
commissum est instituta.*



PRÆSIDIS

A D

*Præstantissimum D. Respon-  
dentem celeusma.*

**Q**Uæ tua tot fuerint patriæ studiisque sacrata  
Tempora nunc iterum publica scripta docent.  
Quando edis specimen valedicens quàm tibi cordi  
Sint literæ monstras, quæ tibi cura prior.  
Auditus toties templorum pulpita scandens,  
In cathedrâ visus, non satis esse putas.  
Ultima convenient primis, hæc summa tuorum  
Votorum est, animum jam capis inde novum.  
Quid *lex divina* & quid *talio* iusta minetur  
*Perfidia* pretio, tradere nosse studes.  
Perge bonis avibus, cœptis Deus addere pergat  
Auxilium ut patriæ sis decus atque tuis.

D 2

Spe-

*S*peras excultos à me, non nescio, versus  
 Candide, sed quos nunc hac mea musa negat.  
 Carmina secessum scribentis & otia quarunt,  
 Quis jam destituor, non nisi vota precor.  
 Det Deus, ut digni studium comitentur honores  
 Succedatq; satis post Tibi larga seges.

Hæc honori Doctissimi Dn. Respondentis rudilicet Minervæ,  
 prolixo tamen adfectu festinans apposuit

JOH. ERNESTUS ANDREÆ,  
 SS. Theol. Stud.



**V**ivat io! vivat cœlestibus ignibus ardens  
 CANDIDUS hic quartò pulpita sacra terit.  
 Nonne Tibi sodes! fervor cere - comminuit - brum,  
 Dum quæris *leges* nocte dieque *sacras*?  
 Non minuit fanè, sed vires augmine donat,  
 Quò magis ignescis, sic magis ardor alit.  
 Hinc post septenas æstates, æstus in auras  
 Fœcundas abiit: Lausque decusque Deo.  
 Jam valedicturus, specimen pro more relinquis,  
 Talio, quæ legis juraq; *justa Dei*?  
 Sic. Bone, quò virtus, quò Te vocat entheus ardor,  
 BALTHASAR i felix, i bone, vive, vale!

*In veterioris amicitia symbolum deproperabat*

J. C. Homan Theol. St.

FINIS.

Coll. Daim, A 142, 8